

dus ascensionis. Hoc idem uidetur sentire Ptolemæus 3. qua-
 dripartiti capitulo . 11. ubi dicit quòd aspectus sextilis quando-
 que interficit, scilicet, quando fit à signis circuli directi, uel secū-
 dum ascensiones, breuium ascensionum, & hoc contingit, quia
 tunc æquiparantur aspectui quarto, & pro ipso iudicantur, & di-
 cit Hali ibidē in cōmento, quòd hoc dictum docet nos q̄ Ptole-
 mæus semper facit radios per gradus æquales, & non per ascen-
 siones mixtas, sicut multi hominum credunt. Quidam uero
 alij dirigunt per gradus ascensionū, id est, per gradus æquatoris
 sed aliquādo p̄ ascensioes circuli directi, uidelicet, cū significator
 dirigēdus fuerit in angulo meridiei uel mediæ noctis, & aliquā-
 do p̄ ascensiones circuli regionis, uidelicet, cū significator diri-
 gēdus fuerit in angulo oriētis uel occidentis, aliquādo p̄ ascensi-
 ones ex his mixtas, uidelicet cū significator dirigēdus fuerit ex-
 tra prædictos angulos. Et hanc opinionem sequitur maior
 pars sapientum, sicut Ptolemæus capitulo præallegato & Al-
 kabitius 4. differētia sui introductorij. Et Messahalāh capitulo
 præallegato, & Haliāben, tractatu 4. ca. 7. de attazir, & multi
 alij cū eis. Similiter quidā accipiunt aspectus, & per radios secū-
 dum gradus ascensionū. Et hoc dupliciter, quia aut secundum
 ascensioes circuli directi, siue planeta, cuius radios quærimus, fu-
 erit in angulo, siue fuerit extra angulum, aut secundum ascensio-
 nes circuli directi, uel secundum ascensiones circuli regionis, uel
 secundum ascensiones mixtas ex eis secundū diuersitatem posi-
 tionis, & situs planetæ, cuius aspectū quærimus in figura, uide-
 licet secundū modū dirigendi. Primū modū tangit Ptolemæ-
 us sexagesima propositione centiloquiij, ubi dicit, q̄ mutatioes
 morborū ad bonum uel malū sunt, loca lunæ in angulis quadra-
 ti conclusi circulo directo. Et isto modo extendendū radios & a-
 spectus utūtur multi in interrogationibus & in reuolutionibus
 annorū mundi, & in multis alijs. Secundum uero modū ob-
 seruant plurimi modernorum & maxime in natiuitatibus. Alij
 uero dicunt, quòd aspectus & radij planetarum debent extendi
 secundum æquationes domorum, unde dicūt q̄ domus se aspici-
 unt